MEDIZINISCHE SAMMELHANDSCHRIFT
Salzburg, 1469 Seite 112r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8477
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

rem magni iuuamenti augmentabimus. medicina aut fortis virtutis minuemus. et hoc etiam democritus voluit dum dixit oportet autem ut medicina fortem debilem facias quod est. quia medicina consolata concordantiis et proportionibus est incolumior sicut etiam non consolata iniquior. ¶ Verum si iungenda est medicina fortis virtutis rei pauci iuuamenti timemus medicina fortis virtutis propter illud. quod diximus et rem pauci iuuamenti minuemus similiter. quia non acquiritur per eam nisi intentio. vna et est alteratio uel permutatio at si iungenda est medicine debilis virtutis re magni iuuamenti augmentabimus medicinam debilis virtutis non timentes. de impressione eius in corpore primo oportet quod virtus eius per subadditione in quantitate ipsius vigoretur sic adhuc dixit democritus. medicina aut debilem in quanto fortem facias et post hoc augmentabimus rem magni iuuamenti propter illud quod diximus Si autem iungenda est res pauci iuuamenti medicine debilis virtutis augmentabimus medicinam debilis virtutis propter illud quod diximus Et hoc est illud quod de proportionibus scire oportet. dicunt aut aliquid alia secundum intentiones diuersas. **Capitulum primum summe secunde de modis rectificationum medicinarum cum beneficiis artis et primo de modis decoctionis.**

Inquit. Johannes mesue dispositiones acquisitiue per artem reprimunt malitiam medicinarum solutionem facientium. auxiliatur enim ars nobis quatuor modis aut decoquendo aut lauando aut infundendo aut triturando. Et dico quod decoctio alia est que est sicut elixatio. et alia est que est sicut assatio. Elixatio aut adiuuat in resoluendo humiditatem superfluam medicine et mitigando et terminando vetositate grossam aut morditatiua faciente subuersione et nausea et motus laboriosos in corpore frangit quia acuitate et expressus ferrositatis et excoriationis Et propter hoc laudatur scamonea cocta in pomo. aut citonio aut dennum in vase vitreo cum succo rosarum et oleo amigdalarum. sicut dicemus iam. ¶ Recessus aut attractionis superflue. et iniquitatis reprimitur in elixatione uel assatione sicut quando decoquimus aliquid eorum de quorum malitia formidatur in contrarietate rei alterius et remanet virtus eius in illa re fracta. sicut verbigratia figimus festucam ellebori in radice raffani et post coctionem eius comedere precipimus raffanum habente virtute ellebori. repressa. Et decoquimus scamoneam in rob. et syrupis et precipimus rob. et syrupum habente virtute scamonee. Et hoc est illud quod vocant philosophi separatione rei secundum speciem a re que est secundum materiam ¶ Amplius aut quandoque medicinarum multarum reprimimus malitiam decoquendo eas in succis et aquis herbarum et seminum et rerum aliarum ut suscipiat permutatione a virtutibus earum. Verum tibi superest scire medicinas que debilem decoctione suscipiunt aut fortem omnia enim quorum virtus facile resoluitur. aut sunt debilis substantie aut virtute habent posita in superficie debili decoctione indigent superflua enim coctio resoluit virtutem sicut viole proprie et semina iiij. et capillus veneris. et epithimum. et vltra omnes flores Et que contrario modo se habent contrarie, et que medio modo mediocriter Et omnia que acumen habent decocta sunt mitiora, decoctio enim frangit virtutem eorum nisi forsitan sit virtus aliquorum posita in superficie aut debilis Et omnia que sunt grosse substantie coctio acquirit eius facilitate Et omnis.